



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

**Puente, Luis de la
Coloniae Agrippinae, 1616**

§. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42916

BONVM huius rei indicium fuit, quòd Abbatissa plurima pateretur, in defendenda sancta illa matre Theresia de Iesu: quemadmodum ipsamet faretur in verbis cap. II. allatis. Nota etiam illa, quæ ipsi inurebatur, quasi & ipse esset illulus, reuixit postea, cum non exigua tribulatione, vt suo loco ostendemus. Metinæ quoque ceperunt inundationes occupationum, profectio, coëptorumque valde difficilium; labor item valde continuatus cum Tyronibus: qui tantus erat, vt in Elencho, quem de beneficijs diuinis fecit, referat: quòd non fuerit defatigatus penso illo, quod in Probatione sustinuit; cum tamen illud sit adeo graue, vt meo quidem iudicio vix in Religione tria sint onera hoc grauiora, prout in Societate portatur. Et quamuis ibidem grauibus morbis, & imbecillitatibus esset affectus: nunquam tamen de suo penso remisit, quamdiu morbus non omninò ineptum ad illud portandum, & in eo pergendum reddebat. Et quoniam, quod superest huius historię insertos habebit graues ipsius labores ad difficultates; quas vtilitatis animarum causa, & implendi, quæ ipsius officia requirebant, est perpeffus, nunc tanquam præambulum quoddam aliqua tantùm insigniora referam, in quibus magnam suam in proximos charitatem ostendit; & ingentem animum, quo eos iuuandi causa proprias commoditates negligebat.

APERTA huius rei indicia dedit, cum Salmaticæ laboras febrî tertiana, & bis emisso sanguine.

Voca-

cap. 40.

Vocatus à quadam Moniali Carmelitana Discalceata, iam iam moritura, valdeque desolata, quòd eum ante mortem suam videre non posset, cum esset eius Confessarius, ex cuius directione magna à Deo beneficia acceperat; ac proinde sperabat per eundem, se in tali afflictione illa conseruaturam. Sanctus autem Pater, etiam aduertens periculum, cui se exponebat, è lecto surrexit, vt ad eam consolandam accederet: cui cum frater, qui eius curam gerebat, diceret: grauitè hoc ipsi nociturum: respondit, multa meritò fieri debere, consolandæ vnius animæ causa. Cumque ad Monialem peruenisset, dum eius Confessionem excipiebat, præ debilitate, ex recentis sanguinis emissionè, incidit in deliquium: & Infirmarius, qui illum comitabatur, ingressus est, vt ei subueniret: ad se autem rediens, perrexit Confessionem audiendo, adeoque in Domino consolatam reliquit Monialem, vt paulò post, in magna pace & tranquillitate obiret. redeunti Patri Balthassari domum cum magno labore, & iacenti in lecto febris est duplicata, cui cum Infirmarius diceret: annon ego Reuerentiæ vestræ dicebam nociturum ex domo exitum: respondit Pater cum magna tranquillitate: id totum est modicum, & parui faciendum: propter vnius animæ consolationem: idque meritò dixit: nam, & si febris fuit duplicata: etiam charitas exercitio duplicatorum actuum amoris D E I, & proximi; & agendo, ac patièdo (contempnit enim corporalem suam salutem, vt spirituali, proximi afflicti subueniret) fuit bene duplicata.

N E C

NEC decet tamen silentio præterire, quæ Mater Anna de Iesu, illius Conuentus Priora (filia valde dilecta S. Matris Theresæ de Iesu) tulit, quæ cum alijs Monialibus ingressa fuerat agrotantis cellam, cum Pater in deliquium cecidisset. Nam prudenter, & non sine magno summento iudicarunt: id, quod deliquium videtur, fuisse in rei veritate Raptum spiritus, in Deum eleuati: non solum propterea quod in facie videretur, quasi quidam Seraphinus, qui vel ipso alioquin mirificè illas recreabat; sed multò magis erat, quod Pater ad serediens dixit: singularem gloriam ægrotanti illi Moniali esse præparatam: & intra paucos dies illa fruituram. Nam in octo mensibus, quibus ægrotans in lecto iacuerat, profecerat, quæ alijs etiã valde bonæ Religiosæ integre valetudine in multis annis profecissent. Et quæ valde credibile, hunc fuisse Raptum, quæ illi fuerunt, quos Cap. 15. retulimus: quia voluit Deus remunerare obsequium hoc serui sui, qui infirmus præstitit: dans scilicet eius Spiritui suam hunc fauorem, etiam si corpus aliquid pareretur.

QUAMVIS magnæ sit charitatis ob vnus animæ consolationem exponere se periculo augentis morbum corporis: existimo tamen maioris esse, quis offerat se ad tormenta Dæmonis sustinenda, ut alium ea patientem ab eis liberet: hoc autem fecit Pater Balthassar Merinæ cum quodam Tyro, qui ei dixit: sibi quidem benè esse in Religione; sed vnum aliquid esse, quod illam sibi asperam & grauem redderet, quod tamen ex quadam animi timiditate non auderet ei aperire. Pater

Bal-

Balthassar veritus aliquod graue incommodum,
 si quid simile occultaret; iussit rem aperire. No-
 uitius, vt Iussioni eius pareret, dixit: nihil mihi
 graue est, nisi quod Reuerentia vestra singulis no-
 ctibus, postquam incumbo, totaque domus quie-
 scit, accedat meum cubiculum, meque adeo ver-
 beret, sicut haectenus fecit. Pater Balthassar hoc
 audiens coniecit, quod erat: Dæmonem scilicet
 accipere ipsius figuram, vt crudelitatem illam ex-
 ercens, expelleret ex Religione eum, qui adeo
 libenter aliàs in ea maneret. Consolatus ergo il-
 lum, certum reddidit, se non esse, qui id faceret.
 quare monuit, vt cum verberans ille rediret, &
 pulsaret pro more ad portam: diceret illi: si ha-
 bes facultatem, ingredi; si autem non, discede
 ad cubiculum Patris Rectoris. Nouitius sic in-
 structus, discessit ad suum cubiculum. Noctu igitur
 hora consueta, accessit Dæmon, vt pro more
 suo ipsum verberaret; & pulsanti ad portam No-
 uitius mutato verborum ordine, quem Pater illi
 præscripserat, dixit: Ingredere, si habes facultatem.
 Dæmon, vtpote astutissimus, audito primò
 verbo, scilicet, Ingredere; antequam secundum au-
 dieret, scilicet, si habes facultatem, ingressus in mo-
 mento, nouitium pro more verberauit: ex quo
 plusquam nunquam aliàs fuit tristis & desolatus.
 Sequenti igitur die accessit p. Rectorem, & cum
 magna animi anxietate retulit, quod gestum erat,
 significans quam eius remedium fuisset inutile.
 Sed cū Pater intellexisset, ipsum non seruasse præ-
 scriptum à se verborum ordinem, illum animauit,
 iterum mouens, vt si nocte sequenti ille rediret, i-
 pse præscriptum ordinem verborum seruaret.

inci-

incipiendo scilicet, ab illo verbo: si habes facultatem, ingredi; si minus, vade ad cubiculum P. Rectoris. Venienti igitur pro more Dæmoni notitius benè instructus pulsanti respondit, seruat ordine verborum: Dæmon autem non est ingressus; sed iuit ad cubiculum P. Rectoris, & totam iram in illum effudit, verberas eum crudelissimè quo factò, & magno excitato strepitu abiuit, nec amplius vnquam redijt. O charitatem dignam vero spiritualium filiorum Patre, crucis Christi amico, eiusque verberum, ac dolorum imitatorum qui etsi à crudelibus carnificibus illati fuerunt, potiùs tamen ab Infernalibus furijs illos extimulantibus proueniebant, iuxta verbum illud ipsius Christi: *hec est hora vestra, & potestas tenebrarum*. quibus voluit seipsum tradere, vt nos à furore eius, & rabie liberaret. Ita Sanctus hic vir ex amore erga sibi à Deo cõmissos, voluit eorù pœnam in se sustinere, vt eos ab eis liberaret. Nam timuit Carnificis illius furorẽ, & verberum eius crudelitatem; potiùs lubens ea sustinuit, ne vltèrius innocens eius subdit⁹ ea toleraret. Et quãuis potuisset sacris alijs medijs vti, aut iubere, tantù illi responderi ne ingrediaris, nisi habeas facultatẽ: noluit tamen id facere, sed cum hoste congregari, sicut nouitius congregiebatur; & re ipsa experiri, quòd ille tolerabat: vt sic coronam obtineret, quæ tali congressu & patientia comparatur.

§. II.

ALIVS ei casus Villa-Garciæ euenit, in quo suam ostendit charitatẽ, filium abscindens consilij ac decreti sui, cù magna sua incommoditate, vt proximo cõmodaret. Habiturus erat quo-